





13

DISPUTATIO THEOLOGICA  
*De*  
**PROCESSIONE  
SPIRITUS  
SANCTI,**

Quam  
*Auxiliante Divini Numinis gratia,  
SUB PRÆSIDIO,  
VIRI*

*Plurimum Reverendi, amplissimi atq; Excellentissimi*  
**DN. JOHANNIS MEISNERI,**  
S. S. Theol. Doctoris & Professoris

Publici celeberrimi, Alumnorum Electora-  
lum Ephori,

*Dn. Praeceptoris ac Patroni sui  
statem devenerandi,  
Defendet*

**ANDREAS SANDERUS,**

Raceburgensis Saxo.

*In Auditorio majori ad diem 2. Junii, Anno 1653.*

*EDITIO TERTIA.*

*WITTEBERGÆ,  
Literis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad, Typ.  
Anno M DCC III.*

T 154

# PROCESSIONES SPIRITUS SANTI

四

...SUA PAX EST DILE

181


22 Specie de goutte de l'oreille

卷之三

卷之三

111951 8

(1)



## DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI.

THES. I.

**R**ecurrit denuo inauspicata, nec unquam sine lachrymis Christiano populo commemoranda dies, quæ ante hos ipsos ducentos annos maximæ omnium post Romanæ urbi Byzantinæ fatalis fuit. Hanc à Constantino M. sedem imperii Romæ eo transferente, mirifice exornatam & amplificatam, ut non tantum ex ipsius nomine Constantinopolis, sed nova insuper Roma deinceps appellaretur, vicinisque populis ac gentibus barbaris terribilis esset, Mahometes II. Amurathis filius, Turcarum Imperator, ratus, quod res erat, cervicibus suis quasi arcem impositam, quæ victorias remoraretur, quo minus occidentem totum occuparet, ad eam excindendam & imperio suo addendam, cum à majoribus ejus saepe antea frustra tentata esset, denuò animum adiecit. Quare innumerabili propemodum coacto exercitu, castrisque ad urbem positis, omni eam vi, terra marique sine ultra intermissione ita oppugnavit, ut post toleratam fortiter LIV. dierum obsidionem, multisque hinc inde acceptis & illatis cladi bus, tandem non sine maximo & pudendo Christianorum Principum dedecore, & Ecclesiæ damno irreparabili, editisque iniustitate crudelitatis exemplis occuparet, ac funditus everteret.

II. Contigit hoc die XXIX. Maii, qui tum in III. feriam Pentecostes incidebat, anno æra nostræ vulgaris M. CCCC. LIII. Quanquam enim Isidorus Cardinalis Ruthenus, Aeneas Sylvius, Jovius, Sabellicus, Bellarm. cum Gerardo Mercatore in annua precedentem rejiciant, ceteri tamen ferè omnes, inter quos Laonicus Chalcondylas, Andreas à Lacuna, Drechslerus, Leo-

A 2

nar.

2 DE PROCESSIONE

nardus Chiensis, Cuspinianus, Mechovius; Kranzius, Turco-  
rum, Polonorum Hungarorumque Chronicus, & alii vel ~~autem~~ ipsi,  
vel alias illis temporibus vicini anno LIII. id accidisse recte  
tradunt.

III. Quæ urbis nobilissimæ tristis squalidaque facies tum  
fuerit, nemo verbis unquam satis expresserit. Sævitum enim  
eæde promiscuæ est in omnes, nec rapinis, cadibus, stupris atq;  
incendiis modus aut finis, nisi defessò jam hoste, fuit. Pueri,  
virgines, matres ad stuprum impie, stupra cadibus, cedes stupris ad-  
dite; nihilque illicitum toto triduo fuit in urbe: templum ingens ac  
Sacrosanctum Sophie, Justiniani Cesaris opus, spoliatum omni sacra  
supellecstile ac donariis sanctorum, omnibus patuit spuriis, lupa-  
nar factum scortorum, & equorum stabulum, sicut hæc & plura  
talia Johannes Cuspinianus, Clarissimus historicus & Maximili-  
ani Augusti Orator in Constantino VIII. tradit, ubi & porrè  
addit: Triduo itaque misera civitas vexata, arque ad arbitrium  
impotentissimi victoris cuncta direpta. Inde quicquid regii san-  
guinis, mares feminaque illustres superfuere, aut inter epulas pre-  
gravante vino sordè jugulantur, aut victoris libidini (quod morte  
gravius) reservantur.

IV. Atque hoc pacto non tantum florentissimum quondam  
& opulentissimum regnum, quod mille centum & amplius annis  
stetit, cum viciso Trapezuntino, funditus excisum est, sed  
etiam Byzantinorum imperatorum, Bulgaricorumque despota-  
rum ac satraparum posteri imperio, provinciis ac dignitate omni  
exuti sub turcicum dominatum miserrimamque servitutem red-  
acti sunt, ut vix nomina eorum amplius supersint. Qua de-  
re Busbequius audiatur, qui cum Epist. I. de pueris quibusdam  
apud Bulgarios à se visis, earumque studiis ac ridiculo orna-  
tu pluscula commemorasset, tandem ista subjungit: Hic miki in  
mentem venit, quam lepis & infirma res sit, que vulgo perhibetur  
nobilitas: nam cum de pueris quibusdam, que liberatori erant for-  
ma, scire vellem, num quo essent genere, audiebam eas à summis ejus  
genitis saimpis originem ducere, aut eriam regium esse genus, jam bu-  
bulco

### SPIRITUS SANCTI.

3

*bulco aut opiliōni defonsas. Sic in regno Turcarum jacer nobilitas.  
Vidi idem postea alis locis Cantacuzenorum & Palaeologorum impe-  
natorum generis reliquias contemptus inter Turcas degentis, quam  
vixit Dionysius Corinbi. Hæc ille.*

V. Causa præcipua exitiorum omnium domesticæ dissensio-  
nes erant, quod imperatores in proprium sanguinem sævi-  
rent, cives contra nihil in commune conferrent, sed luxui ac vo-  
luptatibus dediti, internis insuper seditionibus magis ac magis  
consumerentur; Unde Constantinus rerum agendarum nervis  
destitutus, hosti tam valido impar, paratam eidem & incruen-  
tam victoriam tradit. Rectè igitur idem, quem supra adduxi,  
Cuspinianus: Eruti, inquit, deinceps civium thesauri absconditi,  
quos si in communem usum vertifissent, non triumphasset scleratus vi-  
ctor de Christiano sanguine. Et mox iterum, nostrorum aut supe-  
riorum temporum hominum avaritiam ac luxum nobis expro-  
braturus, subiicit: Hungari, quorum regnum antemum le & Christia-  
nitatis clypeus vulgo appellatur, inter se tam faeliosi, tam discordes,  
tam sanguines, ut tanta rerū affluentia ex argento canent, ex auro bibant,  
capita auro onerent, & torquibus & catenulis colla peclora monilibus  
& fibulis ornent aureis ac argenteis: pedes item calcariis ex argento  
condecent, toti splendidi. Necdum luxus finis: onerantur & be-  
sie ac equi phaleris argenteis & aureis. Nec nobilis censetur, qui  
non ab acum instruit auro argentoque onussum. Alias autem nationes  
contemnunt, nec sinunt suppetias nisi coacti afferre, quod si tulerint  
rogati, rum in eos deserviunt magis, quam in canes, quos alias natura  
odiunt, plane furibundi & dementes. Ac priusquam se talibus spolia-  
rent divitiis, potius omnia sua Turco referant, brevi omnia abla-  
turo, ut olim Constantinopolitani cives suo Imperatori auxilium ne-  
gantes, omnia Turco servabant spolianda, ut scripsimus. Hungaris  
sinitimi Germani, in convivis bellaces & strenui, præsertim cum no-  
bles ac dies bibendo æquaverint, ac omnes cyathos excaverint. Nullas  
possunt nuptias, nulla convivia, nullus celebrare conventus, nisi ad  
extremam ebrietatem alter alterum ad pocula invitet, atque ita re-  
pleat, ut (quod dictu eriam pudendum est) conum servis ac vernacu-

A 3

lia

DE PROCESSIONE

4  
lis rursum pōtum evomat vinum, sub mensag, impudice meiat. Et cum semi amens, imo demens potius in strārum collocatur, tūm triumphus ingens excitatur, tum risus, tum cachinnus exoritur. Atque id inter nobiles, qui p̄cessē debent Reip. eamq; tutari atque defendere, precipue fit, nemoq; censetur bellicosus, nisi sit & ebriosus. Qui enim plurimum portant, judicantur magis strenui ac bellicos. Olim, etiam nostra memoria, cum nobilium erat conventus, veluti pugiles lucta, disco, cursu, corpora exercebant, ut fierent bello aptiores: nunc poculis certant alter alterum superare ac dejicere. O tempora, o mores: His igitur arribus, bis studiis vincemus Turcos? Hæc homo verè Germanus maximam partem sibi comperta scribit. Quæ si Principes populiique Christiani hodie cogitent, nec viris opibusq; patriam ipsi exhaustant, nec discordias rantas inrēse foveant, aut luxui & cupiditatibus suis tantopere indulgeant, multò minùs hostem barbarum ultro in subsidium ipsi vocaturi sint. Ac nisi emendentur propediem facile equidem, quod abominor, futurum credo, ut quod olim Imperatores Constantinopolitanos imperio tam florenti, satrapas magnos provinciis & nobilissimos quosque dignitate omni exitu, nobis etiam exitium extre-  
num breviter afferat.

VI. Bellarm. quidem lib. II. de Christo cap. XXX. extr. aliam excidii tam atrocis caussam assert, schisma videlicet, ac pertinaciam Græcorum in errore de processione Spiritus sancti, ut intelligant, inquit, caussam exitu sui esse pertinaciam in errore de processione Spiritus sancti, in ipsis feris Spiritus sancti capita sui Constantinopolis à Turcis Imperator occisus, & imperium omnino extinctum. Nam, ut probat Gerhardus Mercator in sua Chronologia, anno M. CCCC LII. die 28. Maij indixit Machometes exercitu suo ultimam oppugnationem, sequenti die Constantinopolim cepit. Illo autem anno fuit Pentecoste die 28. Maij, ut planum est ex aureo numero, & litere dominicali, unde festa mobilia investigantur. Erat autem aureus numerus IX. & littera dominicalis A. itaque multi comparant Ecclesiam Græcam regno Samarie, quod separavit se à vero templo, & tandem in captivitatem perpetuam abductum est. Et iterum part. II. Chronolog. Constantino-

### SPIRITUS SANCTI.

tinopolis capitul à Turcis an. 1452, in ipsis feriis Pentecostes, sic Deo  
ulcisciente perfidiam Græcorum circa processionem Spiritus Sancti à  
Patre & Filio. Baronius quoque T. VI. Annal. ad ann. Christi  
CCCCXLVII. n. XXI. additionem illam ad symbolum Constanti-  
nopolitanum, Filioque, felicissime, nec absque singulari Dei  
autu factam esse disputat: Si quidem sub ejusdem Symboli ita  
autli confessione, pergit, facta est magna ad Christianam religio-  
rem accessio: etenim & Gothi, & Wisi gothi, alieque barbaranatio-  
nes, que Hispanias occuparunt, atque longo tempore possederunt, ex  
Ariani sub ejus Symboli confessione Catholici facti sunt; & Franci  
sibi Gallias vendicantes, sub ejusdem symboli confessione redditii sunt  
Christiani: Contra vero omnium gentium infeliciissimi orientales schis-  
matici, ex quo ejusdem symboli additamentum penitus resperuerunt,  
sub Turco jugo acerbissimā servitute premuntur, atque Ecclesiis, bo-  
nis ac liberis spoliati assidue incassum gemunt. Sed memini tamen  
Platinam de vitis Pontificum Romanorum in Nicolaum V. PP.  
tantum non præcipuam istius cladis caußam rejecisse, quod  
cum classe & milite Constantinopolitanos juvare deberet, civili-  
bus bellis intentus, de mittendo auxilio parum cogitarit, literis  
insuper ad Imperatorem prescriptis, Græcorum à Catholicā fide  
defectionem & simulatum in gratiam cum Larvīs redditum in cala-  
mitatibus increparit. Unde non tantum doluisse scribit, ubi au-  
dit Constantinopolim & Perū eodem imperi à Turco captam,  
obtruncatunq[ue] cum multis hominum millibus Constantinum, Im-  
penitorem, sed biennio quoque post, tadio animi, quo maximè cru-  
ciabatur post captam Constantinopolim, obiisse.

VII. Ceterum cum temporum revolutio, & præsens festi-  
vitatis, qua ante annos ducentos urbi Constantinopolitanae, to-  
tique adeò Imperio Græcorum quasi emortualis fuit, aliquid in  
medium afferre juberet, placuit de vexata tantopere, & qua illis  
exitium attraxisse dicitur, quæsiōne, An Spiritus Sanctus procedat  
à solo Patre, an à Patre & Filio simul? commentatiunculam insitu-  
re, & florentissima quandam Ecclesia orientali, imprimis verò  
urbi regia & sedi patriarchali primariae, miserè nunc deturbatæ,  
clapfo

elapsò altero seculo, sic veluti parentare. Quod ut tanto rectius fiat, duo ante omnia præmittemus. Cum enim magna jam à multis seculis controversia de ea sit inter Græcos & Latinos, seu Orientalem & Occidentalem Ecclesiam, quarum hæc posterius, illa prius acriter & acerbè defendit, historiam & originem ilius concertationis paulò altius repetemus, & quid antiquiores tanti Græci quām Latini Ecclesiæ Doctores statuerint, investigabimus. Deinde rem ipsam breviter considerabimus, ut quantus ille Græcorum error sit, intelligatur, qui eñi non levis forte haud abs re censeri queat, tantus tamen non est, quem propter Latini Græcos hæreses arcessere, aut hi à communi toruſ Ecclesiæ, ab ipso Christo ejusque Apostolis traditâ ac Anteceſſoribus suis probatâ sententiâ tam leviter, qui Græculorum mos est, reflire, & unâ tot florentissimas Ecclesiæ magno & implacabili schismate inter se divellere debeat.

VIII. Ac ut de priori agamus prius, incertum valde est, quo tempore primùm, quo auctore & occasione controversia mota, quo malo genio impulsore excrandum istud schisma mundo investitum fuerit. Sanè prioribus Ecclesiæ seculis res adeò certa & explorata fuit, ut Concilium Oecumenicum i. Nicæa habitum de Processione illa Spiritus sancti ex Filio nihil statuerit, quòd questio eo tempore hac de re exorta nondum esset, teste Gregorio Naz. Epist. II. ad Celidon. Basilio, Epiphan. Chryſost. multis locis. Constantinopolitana quoque synodus, seu Oecumenica II. contra Macedonium coacta Symbolo Niceno nihil addidit, præterquam illud: *Credimus etiam in Spiritum Sanctum, Dominum, vivificantem, qui ex Patre procedit, qui cum Patre & Filio coadunatur & conglorificatur.* Sed nec necesse tum erat, de processione istâ aliquid addi, cum non hanc, sed divinitatem Spiritus sancti Macedonius, ut Arius olim Filii, insiniaseretur: hanc solam itaque contra hæreticos explicare, non cætera omnia, quæ à nemine in dubium vocabantur, addere solebant, quod de reliquis similiter statuendum est. Neque enim patribus antiquis in Conciliis Oecumenicis aut particularibus congregatis eas mens

### SPIRITUS SANCTI

mens unquam aut propositum fuit in Confessionibus suis, omnes fidei Christianæ articulos, creditu ad salutem necessarios, brevi quasi epitome complecti, ut reliquorum dogmatum Symbolis illius non comprehensorum ignorantia aut negatio fraudi non esset: Nullus certe confessionis aut Symboli, sive Niceni, sive Athanasiani, sive Constantopolitan, sive denique Chalcedonensis, ac ne quidem Apostolici, ut vocatur vulgo, ea ratio est: sed satis se officio suo fecisse putabant, si apologia quadam defuncti, quid de proposita quæstione sentiret Ecclesia, explicarent, & veritatem adversus hereticos, eandem impugnantes, affererent.

IX. Imprimis vero Latini, iisque doctissimi pariter & antiquissimi Ecclesiæ Doctores, jam inde ab initio, ex quo scripta eorum indubitata extant, usque ad avorum memoriam incredibili confessione, & non interrupta serie semper docuerunt, Spiritum Sanctum a Patre & Filio simul, nunquam ex solo Patre procedere, sicut ex prolixis illis a Bellarm. aliisque ea de re concinnatis Catalogis patet, quibus nunc unum atque alterum locum adhuc addemus, Principio igitur ineunte seculo III. (nam ante illa tempora pauci ex Latinis, quorum lucubrations supervisint, scriperunt) Tertullianus lib. contra Præxam cap. VIII. ita loquitur: *Tertius est Spiritus à Deo Filio sicut tertius à radice fructus ex frutice. Et tertius à fonte rivus ex flumine. Et tertius à sole apex ex radio.* Quem locum quidem Petavius non sat idoneum judicat, quod de solo ordine personarum agat, in quo tertius post Patrem sit Spiritus Sanctus, quod eti quadantenus verum sit, ad eludendum tamen tam præclarum testimonium minus efficax: nam nec ordo personarum processionem tollit, nec si Spiritus Sanctus est tertius à Patre, ideo ab eo non procedit. Præterea disputat eo libro adversus Præxam, qui & Trinitatem in personis divinis negabat, & asserta eâ, Monarchiam Dei labefactari asserebat; Cui Tertullianus, Trinitatem personarum Monarchiæ Dei nihil obstare, respondet, ut ex verbis sequentiis intelligitur. Ita enim paucis interjectis pergit: *Ita Trinitas*

8. DE PROCESSIONE

ta per consortos & connexos gradus à Patre decurrentes, & monarcis obstrepit, circopias statum protegit. Et supra cap. IV. dixerat: Qui Filiū nō aliunde deduco, sed de substantia patris, nihil facientem sine Patre voluntate, omnem à Patre consecutum, potestatem, quonamodo possum de fide destruere monarchiam, quam à Patre filio traditam, in filio seruo? Hoc mihi & in tertium gradum dictum sit, quia Spiritū non aliunde puto, quam à Pare per Filium. Ubi denuo eandem sententiam astruit, non aliis fere verbis usus, quam cum infra Spiritū Sanctū tertium à Pare, & Filio esse dicit, nec tamen nudum ordinem indicat.

X. Sequenti seculo C. Marius Victorinus Afer floruit, qui lib. I. de Deitate quidem Filii disputat, sed cum inter alia dixisset, Quod Pamcletus à Deo & à Christo, illa quoque subiicit: Duo ergo & isti, ex alio aliis, ex Filio Spiritus Sanctus: sicut ex Deo Filius, & conformati alter & Spiritus Sanctus ex Pare. Et mox eodem loco: Si sanctus Spiritus Dei Spiritus est, & sanctius Spiritus a Dei Filio omnia habet una substantia, tribus à substantia Patris quoque ergo tria, hoc est simul & sic. Eoque seculo S. Hilarius, lib. II. de Trinit. Patrem & Filium auctores Spiritus Sancti vocat, & loqui de eo non esse neculum ait, quia de Pare & Filio inquit, auctoribus confundens est. Longè manifestius adhuc lib. VIII, ubi de illa questione ex instituto disputat, cum ita insit: Nēque in hoc nunc calumnior libertati intelligentie, utrum ex Pare an ex Filio, Spiritum paracletum putent esse. Non enim in incerto Dominus reliquit. A Filio igitur accipit quā ab eo mittitur, & à Pare procedit: & interrogo utrum id ipsum sit à Filio accipere, quod à Pare procedere. Quod si nihil differre creditur inter accipere à Filio, & à Pare procedere, certè id ipsum atque unum esse existimabitur, & Filio accipere, quod sit accipere à Pare. Suppar ei statu fuit S. Ambrosius Mediolanensis antistes, qui lib. I. de Spiritu S. cap. X. Spiritus quoque sanctus, ait, cum procedit à Pare & Filio, non separatur à Pare, non separatur à Filio. Idem lib. de dignit. humane condit. cap. II. Sicut ex Pare generatur Filius, & ex Pare Filio procedit Spiritus Sanctus: ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his

## SPIRITUS SANCTI.

9

bis item ambobus procedit memoria. Idacius Clarus, Episcopus Hispanus lib. adversus Varimadum Arian. *Spiritus Sanctus Patri & Filio inferior non est, quia Spiritus Patris & Filius est, & non possunt ab substantiam in se commanentis Spiritus sui ex parte dici perfecti, & ex parte ad imperfectionem vocari.* Si tibi dixerint: Ostende Spiritum sanctum unde trahat originem, quem nec ingenitum sicut Patrem, neque genitum sicut Filium profiteris. Responde, certa & manifesta origo Spiritus sancti, Pater & Filius, qui nec ingenitus cum ingenito, neque genitus cum ingenito a fidelibus creditur, sed Spiritus Patris esse scriptumrum sacrarum eloquii comprobatur. S. Hieron. quoque Epist. ad Heditiam. q. 9. Ipse Spiritus sanctus cum mittitur, a Patre & Filio mittitur, in alio atque alio loco, Spiritus Dei Patris & Christi Spiritus appellatur. Et Ruffinus explicat: Symboli: *Spiritus sanctus de ueroque procedens, & cuncta sanctificans.*

XI. Seculo V. S. Augustinus penè infinitis locis, & tam aper-  
tè eandem sententiam inculcat, ut vel unus totum hoc negoti-  
um confidere videri possit. Audiamus igitur semel tantum do-  
ctissimum Patrem id ipsum clara at forti oratione deprædicantem. Tract. XCIX. in cap. XVI. Joannis, cum eandem quæstio-  
nem sibi proposuisset, respondet: *Cur ergo non credamus, ait,*  
*quod etiam de Filio procedat Spiritus sanctus, cum Filii quoque ipse*  
*sit Spiritus? Si enim non ab eo procederet, non post resurrectionem*  
*se representans discipulis suis insuffans diceret, Accipite Spiritum san-  
ctum. Quid enim aliud significavit illa insuffatio, nisi quod proce-  
dat Spiritus sanctus & de ipso?* Mox novam quæstionem afferit:  
*Si ergo & de Patre & de Filio procedit Spiritus sanctus, cur Filius*  
*dixit, de Patre procedit?* Respondet: *Cur putas, nisi quem admo-  
dum ad eum solet referre, & quod ipsius est, de quo & ipse est? Unde*  
*illud est quod ait, Mea doctrina non est mea, sed ejus, qui misit me.*  
*Si igitur intelligitur hic ejus doctrina, quam tamen dixit non suam,*  
*sed Patris, quanto magis ille intelligendus est, & de ipso procedere*  
*Spiritus sanctus, ubi sic ait, de Patre procedit, ut non diceret, de me*  
*non procedit? A quo a habet filius ut sit Deus, est enim de Deo Deus,*

B 2

ab

## DE PROCESSIONE

ab illo habet utique, ut etiam de illo procedat, *Spiritus Sanctus*: ac per hoc *Spiritus sanctus*, ut etiam de *Filio* procedat de *Patre*, ab ipso habet *Patre*. Leo M. cuius scripta Synodus Oecumenica iv. σηνν ὁρθοζλας seu columnam orthodoxa fidei nominat, Epistola xiii. ad Turbium cap. i. Impie sentiunt de Trinitate divina, qui & *Patri* & *Fili* & *Spiritus sancti* unam atque eandem assertunt esse personam, tanquam idem Deus nunc *Pater*, nunc *Filius*, nunc *Spiritus sanctus* nominetur, nec alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui de utroque processit. Eodem modo S. Prosper Aquitanus, Hilarii æqualis, & S. Leonis quondam notarius, ut Bellarminus ait, lib. i. de vita contemplativa cap. xviii. Fideles, qui nobis divinitus instituendi commissi sunt, instruere debemus de *Patre*, quomodo salus accipiatur ingenitus: de *Filio*, quomodo ex ipso sit genius: de *Spiritu sancto*, quomodo ex *Patre* & *Filio* procedens, nec ingenitus possit dici, nec genius. Gennadius quoque Massiliensis lib. de Ecclesiast. dogmat. cap. i. Credimus unum esse Deum, *Patrem*, & *Filium*, & *Spiritum sanctum*: *Patrem*, eo quod *Filium*, habeat: *Filium*, eo quod *Patrem* habeat: *Spiritum sanctum*, eo quod sit ex *Patre* & *Filio* procedens. Ultimus tandem eodem seculo v. esto S. Paschasius, Romanæ Ecclesiæ Diaconus lib. i. de Spiritu S. cap. viii. Ergo *Spiritus sanctus* ex utroque procedit, id est dicit: Qui autem *Spiritum Christi* non habet, hic non est ejus.

Xli. Ut de pluribus aliis tūm hujus, tūm sequentis seculi doctissimis viris Prudentio, Paullino, Eucherio, Vigilio, Fulgentio, Boethio, Gregorio M. Beda nihil nunc dicam, qui innumeri sacerdotes sunt, & ad unum omnes in idem dogma conspirant, singulorum autem dicta hue ascribere, non ingenii quidem aut industria, sed laboris tantum fuerit. Sed nec à Græcis rejici possunt, tūm quod antiquissimi sunt, & plerique ante exortum schismatis vixerunt, tūm quod Græci ipsi, cum commodum videtur, ad stabilendam sententiam suam eos allegare solent, sicut à Basilio M. libro de Spiritu S. cap. xxix. & multis Conciliis factum est, quorum iii. Ephesinum ad revincendam Nestorii perfidiam Cypriani & Ambrosii testimonii utitur, iv. Leonem Magnū, ut diximus, v. &

vi. Au-

### SPIRITUS SANCTI.

II

vi. Augustinum & Ambrosium, vii. denuò Ambrosium, Augustinum, Hilarium, Leonem laudat: Denique causa nulla est, cur Graci recipi debeant, Latini non item, ut ut veritate, eruditio ac sanctitate non minus conspicui.

XIII. In recensendis Græcis auctoribus, & temporis ordine constituendo haud paulò dispar ratio est, quem dum plerique hac in parte negligunt, aut non satis accuratè distingunt, priores cum posterioribus, orthodoxos cum schismaticis, multaque alia, ut fieri solet, confundunt; quin dum adversus communem, ut arbitrantur, Græcorum sententiam disputant, ex ipsis illis tamen argumenta adversus eosdem nec sunt, quæ minimè admittuntur, quod imprimis sententiarum magistro, Petro Lombardo, accidit, qui lib. i. dist. xi. cap. ii. Gracos docere assertit *Spiritum sanctorum procedere tantum à Patre, & non à Filio;* eaple distinctione tamen cap. v. ex iisdem Græcis varias adversus eam doctrinam auctoritates & sententias affert. Quare eorum consilium mihi semper visum est optimum, qui tres Græcorum ætates constituent, quarum prima eos Doctores complectitur, qui à Christi & Apostolorum excessu, Evangelioque à Græcis recepro usque ad Basili M. tempora, hoc est, medium seculi v. floruerunt, quales sunt Ignatius, Dionysius Areopagita, Polycarpus, Justinus, Irenæus, Clemens Alex. Origenes, Gregorius Neo-Cæsar, Dionysius Alexandr. Eusebius Cæsar. Athanasius, Gregorius Nazianz, qui à Latinis in hoc dogmate nullatenus dissenserunt. Altera seu media ætas à Basili M. tempore usque ad seculum x. seu annum millesimum ferè se extendit, in qua de processione Spiritus sancti nondum, nisi fortè clanculum & à paucis dubitatum, mulù minus pax & unitas Ecclesiæ erupta est, sed cum Theodoretus seculi quinti anno xxxi. in refutatione anathematismori Cyrilli cap. ix. scriberet, *Spiritum sanctum nec esse à Filio, nec per Filium, sed à solo Patre, Synodi patres tum ad hæc non magnopere respexerunt, fortè quod nullos ecclesias reperiret, nec de eo disputatio instituta esset, Cyrillus tandem mox responsionem istam subjicit, communi omnium cœlo*

B 3

cœlo



## DE PROCESSIONE

culo approbatam: Erat enim ~~S~~ est ejus (Fili) Spiritus, sicuti certe ~~S~~ Patris. Et hoc nobis bene satis explanat divinus Paulus. Procedit enim quidem ex Deo ~~S~~ Patre Spiritus sanctus, secundum in Salvatoris vocem: sed non est alienus a Filio: Maria enim habet cum Patre. Interim iis loquendi modis nonnunquam utabantur, quibus seu non satis intellectus aut discussis, seu prudentes ac scientes posteriores Graeci in errorem, quo jam sua sponte propendebant, inducti sunt. Ut cum Basilius M. Greg. Nyssen, Cyrillus sepe ajunt: Νεῦνα τὸ διάνοιαν ἡγεμόνην τοῦ πνεύματος, διύλιγον. Item, Spiritum sanctum esse per filium. Et Spiritum sanctum immediate ex Patre esse; Hinc Damascen. ceteraque Graeci in Concilio Florentio. statim colligunt, Spiritum S. a solo Patre esse, aut procedere. Spiritum S. inquit Damasc. I. I. de orth. Fide cap. I. tum ex Patre esse dicimus, tum Spiritum Patris appellamus: ex Filio autem Spiritum non dicimus, sed Spiritum Filii appellamus: & per Filium manifestatum & communicatum nobis esse confirmemur. Et cap. XIII. in fine: Sed ~~S~~ Fili Spiritus est, non tanquam ex ipso, sed quod per ipsum ex Patre procedat. Solus enim pater principium est. Basilius autem in particulis illis εἰπεί & εἰπεῖ nullum discrimen agnoscit, ac tam διάλογον εἰπεῖ de Patre, itidemque de Filio dici contendit. Quod autem prior nonnunquam Filio, posterior Patri tribuitur, non ideo fieri, ut lex quedam loquendi præscribi putetur, sed ut personarum discrimen internoscatur. Haec voices, inquit lib. de Spiritu S. cap. v. non sunt ejus generis, ut nobis legem prehendant, per quam aliter loqui sit nefas, sed qua novent personarum discrimen. Neque enim in hoc adhibentur, ut naturae diversitatem induant, sed ut impermixtam Patris & Filii notionem approbaret, sic eas adhibuit Apostolus. Quod deinde aliquot scripturæ locis, Rom. XI. Eph. IV. Col. II. & similibus probat.

XIV. Sed disputatum quoque tum est additione illa, FILIOQUE, ad Symbolum Constantinopolitanum facta, quæ quidem passim innocuit, & jam tum in regula fidei Concilii Toletani I. circa annum Christi CCCC. exstat. Est ingenitus Pater genitus Filius, non genitus paracletus, a Patre Filioque procedens: Itemque

Tole-

SPIRITUS SANCTI.

13

Toletana III. regnante Recaredo, anno Christi DLXXXIX. & IV.  
anno DCXXXIII. Sed primo omnium quod sciam, in Toletano  
VIII. anno Christi I<sup>o</sup> CLIII. Symbolo Constantiopolitanu*m* in  
serua legitur, cum ante in sacris Missiarum solennitatibus sim-  
pliciter cantaretur. Et in Spiritum Sanctum, Dominum, vivis-  
cantem, qui ex Pare procedit, ut in Concilio Constantiopolitanu*m*  
factum est. Quare conjectura admodum verisimilis est,  
~~regi dñi~~ nunquam circu*m* illud tempus adjectam, quæ deinceps  
semper mansit, eti ab omnibus non acceptaretur. Unde & in  
Concilii nonnullis, præcipue vero Gentiliacensi & Aquisgra-  
nen*s* de eo forte actum est. Nam de illo Conradus Lichtenau,  
Abbas Uspurg in Chronico ita scribit: Anno Domini DCCLXVII.  
orta questione de Sancta Trinitate & de sanctorum imaginibus inter  
orientalem & Occidentalem Ecclesiam, i.e inter Gracos & Romanos,  
Pipinus Rex (Caroli M. Pater) in villa Salmoniaco (Gentiliaci  
in Gallia) Synodus habuit, venilaraq; questione, ad bellum predictum  
conficiendam post natum Domini septimo in Aquitaniam proficeret.  
De nulla autem alia re, inter Gracos & Latinos de Trini-  
tate controversa tum agi potuit, quam de processione illa Spir-  
itus Sancti, & additione ad Symbolum Constanti facta, sicut &  
Ado Viennensis in Chronico prodidit, qui, Fa<sup>cta</sup> est inquit, tunc  
temporis synodus anno Incarnationis Domini DCCLXVII. & quasio  
venilara inter Gracos & Romanos de Trinitate, & utrum Spiritus  
sanctus sicut à Pare, ita procedat à Filio & de sanctorum imagi-  
nibus. De Aquisgranensi vero à Carolo M. propter eandem quo-  
stionem coacta, idem Ado: Synodus magna Graniaquis congrega-  
tur, inquit, anno incarnationis Domini DCCCI<sup>X</sup>. in qua synodo de  
processione Spiritus sancti quæsto agitatur, utrum sicut procedit à Pa-  
re, ita procedat à Filio. Hanc questionem Johannes Monachus Hie-  
rensolymitanus monerat cum regula & fides ecclesiastica firmet, Spir-  
itum sanctum à Pare & Filio procedere, non creatum nec genitum,  
sed Patri & Filio coeternam & consubstantialem. —  
anniq<sup>ue</sup> XV. Ridiculum autem valde est, quod Baronius ad Ann.  
CCCCXLVII n. 19. & ex eo Severinus Binius in notis ad Concilium  
Con-

## DE PROCESSIONE

14

Constant. i. eopse tempore jussu Leonis i. PP. in Hispaniis Concilium coactum, ibique ejusdem auctoritate ab Hispanis Episcopis fidei Symbolo de Spiritu sancto, A PATRE FILIO QUE PROCEDIT, primum super additum scribunt, adjecta quoque hac dñe jce Vi  
derne quanti ponderis fuerint estimata verba Romani Pontificis, ut que ille dixerit ad fidem spectantia, mox ut sacrum divinitus allatum oriculum à generali Episcoporum Concilio illata in Symbolum fuerit? Hæc tanta ex tantilla occasione Baronius, qui è musca elephantum facere doctus, propter m̄ dñi auerteriar m̄ dñi ad dñm, vix unquam quicquam prætermittit, quo Ecclesia Romanæ atque adeo Pontificis sui auctoritati velificetur, nullo sepe alio, nisi cerebri Baroniani fulcro subnixus. Neque interim tamen negare potest, ex ipsa synodo Aquisgranensi, post annos trecentos, missos esse legatos ad Carolo M. ad Leonem III. PP. sciscitatum, quid ipse de additione illa sentiret, & annon Symbolo rectè apposita esset? Tum post longam altercationem, quod Romanus Pontifex novationem illam & accessionem Symbolo factam displicere sibi significasset, tandem ita discessum est, ut idem Pontifex legatos hortaretur in hæc verba: Si prius quam in cantatur, interrogatus essem, ne inferretur, utique respondissim. At nunc (quod tamen non affirmando, sed vobiscum pariter tractando dico) quantum menti occurrit, ita mibi videtur posse utrumque fieri: ut paullatim in palatio (quia in nostra sancta Ecclesia non cantatur) cantandi consuetudo ejusdem Symboli intermittatur: sicut, siat, ut quod id ipsum, ut cantaretur non qualibet imperantis auctoritas, sed potius audiendi id fecerit novitas, si dimittatur a vobis, dimittetur ab omnibus & ita fortasse quantum esse potest, non incongrue utrumque fieri possit, ut quod jam nunc à quibusque prius nescientibus rechè creditur, credatur; & tamen illicita cantandi consuetudo, sine cuiusque fidei lesione collatur, ut ipse Baron. T. IX. Annal. ad ann. DCCCLIX. n. 53. seqq. ex Epistola Smaragdi ad Carolum Imperat. commemorat.

XVI. Quin Leo ipse, et si doctrinam de processione Spiritus sancti à Filio non improbareret, ut tamen se antiquitatis servantissi-

### SPIRITUS SANCTI.

tissimum esse ostenderet, non tantum additionem illam dissaviebat, sed etiam Romæ duas tabulas argenteas affigendas curavit, in quarum altera Symbolum hoc latine, in altera vero Græce exaratum, absque tamen illarum quatuor syllabarum FILIO. **QUE additamento**, legeretur, sicut id denuo ex Anastasio refert Baronius; & Petrus Lombard. lib. I. sent. dist. XI. cap. II. testatur, Græcos ad assertione sua opinionis & in testimonium nostræ damnationis de Symbolo fidei addere, quod secundum traditionem Conciliorum Leo III. Roma transcriptum in tabula argentea post altare B. Pauli (verius S. Petri censet Baronius) posita posiceris reliquerit pro amore, (ut ipse ait) & cautela fidei orthodoxæ. In quo quidem Symbolo, pergit, in processione Spiritus solus commemoratur Pater, his verbis: *Ei in Spiritum sanctum, dominum & vivificatorem, ex Patre procedentem, cum Pare & Filio coadordanum & conglorificandum.* Ita Beronius ~~et Aldeoyen~~, & subinde, quæ semel adstruxerat, mox iterum destruit ac tollit.

XVII. Tertia denique ac postrema ætas sequiorum temporum Doctores, post illa Graciæ lumina, complectitur, qui pertinaciter, quam unquam anteâ factum est, processionem Spiritus sancti à Fiko negarunt, inter quos etiam est Theophilactus, Bulgarorum Archiepiscopus, cuius verba, quæ in comm. cap. III. Joh. extant, ut plusecula, latina tantum ex versione Oecolampadii adscribemus: *Non intempestivum, inquit, fuerit hoc loco dicere quomodo habeat Filius Spiritum. & quomodo dicatur Spiritus Filii:* Dicit enim & Apostolus: *Spiritum Filii sui in corda vestra misit, clamantem, Abba pater.* Et iterum: *Si autem quis Spiritum Christi non habuerit, hic non est ejus.* Sanè Latini male hac exponentes, & minus rectè intelligentes, dicunt, quod *Spiritus etiam ex Filio procedat.* Nos autem hoc primum quidem dicimus ad eos, quod aliud sit esse ex quoniama, & aliud esse cuiusdam: ut *Spiritus est quidem Spiritus Filii* absque dubio, & ab omni scriptum approbatum: *Ceterum esse ex Filio nulla scriptura testatur, ut ne duo principia Spiritus introducamus, Patrem & Filium.* Profecto inquit: *Nam & inspiravit discipulis, & dixit: Accipite Spiritum sanctum. O despiciantiam. Si*

DE PROCESSIONE

16  
tunc dedit discipulis Spiritum quando insufflavit, quomodo posse dixit eis: Accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti super vos, non post multos dies? Vel quomodo in Pentecoste credimus factum descensum Spiritus? Siquidem in vespera diei resurrectionis dedit illum: tunc enim inspiravit. At haec quidem valde ridicula. Manifestum enim, quod tunc illis Spiritum sanctum non dederit, sed dominum unum Spiritus sancti, remissionem scilicet peccati: statim enim subdit: Quorum remisitis peccata. Habet autem Spiritum Filius substantialiter, ut consubstantialis ibi, non a quo operationem recipiat, sicut Prophete. Dicitur autem Spiritus esse Filii secundum quod veritas, & virtus, & sapientia: Spiritus autem sanctus & veritatis, & fortitudinis, & sapientie Spiritus ab Esaiā describitur. Et aliter: quia per Filium hominibus datur propereā Filii dicitur. Crede igitur tu Spiritum a Parce quidem profici, per filium autem dari creature, atque hic sic tibi canon orbodoxe doctrina. Haec Theophilactus, desipientiam, ridicula, & nescio quid non ingeminans.

XIIX. Eō usque autem tandem exarstī hæc disputatio, ut seculo undecimo tempore Leonis IX. Pontif. Rom. Imperat. Orientis Constantino Monomacho, Occidentis Henrico II. in apertum schisma prorumperet, cum Leo PP. per Humbertum Silvæcandidæ Episcopum, Fridericum Archidiaconum & Cancellarium, Cardinales, & Petrum Episcopum Amalphitanum, Legatos suos, in ipsâ urbe Constantinopolitanâ, Michaelis Cerularium, Patriarcham Constantinopolitanum, atque cum eo Leonom Acridanum Episcopum, & Sacellarium Michaelis Constantinum, omnesque eorum sequaces, juberet esse Anathema Marianum cum Simoniaci, Valesiis, Arianis, Donatistis, Nicolaitis, Serbianis, Pnevmatomachis, Manichais, & Nazareis, & cum omnibus hereticis: imò cum Diabolo & angelis ejus, nisi resipuerint, quod sicut Pnevmatomabi, vel Theomachi abscederint a Symbolo Spiritus sancti processionem a Filio: Michael contra epistolis in Italiam & ad Petrum Patriarcham Antiochenum missis Latinos excommunicaret, quod contra editum Synodi Ephesinæ, particulam, FILIOQUE, Symbolo addidissent, cui nihil adjici, nisi a Synodo Oegamenti-

## SPRITUS SANCTI

17

menica posset, mala & perniciose sentientes. Cui etiam Petrus Antiochenus, utur modestior & longè mitior ipso Michaeli, astupulatur; Illorū, inquiens, qui Symbolo aliquid adduci, vel auferunt, anaibemste damnamus. Utriusque Epistola apud Baron. T. XI. Annal. ad anh. MLIV. n. 27. seqq. videantur.

XIX. Nec in hunc usque diem aut Ecclesia Græca, aut Latina, præsertim Romana, aliter credit aut docet, quin imò in ipso Concilio Florentino Marcus Ephesius Episcopus disertè afferebat, Latinos hereticos, nedum schismaticos esse, id est Orientalem Ecclesiam tolerasse, quod genus ipsorum magis ac fortius esset, propereat, Græcos tot annos ab eis disjunctos esse, quod heretici sunt. Dicebat igitur, se cum Latinis neutiquam debere conjungi, priuquam additionem illam à Symbolo prorsus auferant, fessi XXV. Bessarion autem ipse quoque Græcus, sed qui ad partes Latinorum transitit, eadem fessione plurimi ac fortissimi argumentis ostendebat, eum Christianum servari non posse, qui sanctum Spiritum ex Patre Filio procedere, crederet minimè. Ita superiori seculo Jeremias Patriarcha Constantinopolitanus aduersus Theologos Tubingenses annis LXXVI. LXXIX. & LXXXI. Meletius Patriarcha Alexandrinus Epist. ad Janum Dousam patrem, anno XCVII. ejusque successor Metrophanes Critopolus, Confessione Catholica & Apostolice Ecclesiæ Orientalis: Et vicissim Latini, Alphonsus à Castro lib. III. adv. hæref. Sanderus lib. II. de Visibili Monarch. cap. VIII. Bellarm. lib. II. de Christo cap. XXIX. aliquie hodie adhuc se mutuò hæreseos arcessunt. Idem quoque Bellarmin. lib. IV. de notis Ecclesiæ cap. VII. ed usque progreditur, ut apud Græcos Ecclesiæ non esse contendant, quia nimirum convicti sunt, inquit, legitimè in tribus plenariis Conciliis, Lateranensi, Lugdunensi & Florentino, de schismate & hæref., ac præcipue de hærefi circa processiōnem Spiritus sancti à Filio, quam esse manifestam hærefin, Lutherani & Calvinistæ etiam confiduntur.

XX. Tentata quidem sèpius est reconciliatio, atque ut schisma inter præcipuas orbis terrarum Ecclesiæ exortum compонetur, tūm in Conciliis, tūm per libros & Disputationes, quas

Eccle-

## DE PROCESSIONE

Ecclesia doctores vulgabant, sed frustra, actum, neutris de sententia sua aliquid remittentibus, aut mox ad vomitum reduntibus. Et primò quidem in Concilio Barenzi Anno MXCVII. sub Urbano II. cui interfuit Anshelmus Cantuariensis Archiepiscopus, sed acta ejus perierunt, nisi que in illa Anshelmi contra Græcos disputatione, qua adhuc exstat, conservata sunt. Postea seculo XIII. præcipitante in Consilio Lugdunensi, sub Gregor. X. id urgente maxime, ac præsente quoque, ut Trithemius in Chron. Hirsaug. Blond. dec. II. lib. VIII. Gaguin. lib. VII. testatur, Michaelie Palæologo, tūm propter alias causas, tūm quod Græcorum Imperator in angustiis constitutus esset, ac Pontif. Rom. auxilio indigeret, rursus concordia inita est: *At Patriarcha Josephus ea concordia repudiata, sede sua cessit: nec multò post relicta urbe, sā in Archibistategi monasterium ad Bosphororum conculit, ubi reliquum etatis tranquillo & religioso otio exigere.* Hūs rebus sacerdotum Collegium concitatum, haut obscurè ferebat, se non esse quieturum plebemque ab Imperatoria illa concordia revocabat, Martyrii & coronarum tempus esse clamitans, ita ut magnus inde tumultus excitaretur, atq; in arocentem tempestatem erumperet, ut Nicephorus Gregoras lib. V. Hist. Rom. narrat, ubi etiam de Boco Græcorum doctissimo, & Nicephori Blemmydæ scriptis nonnulla addit. Tandem quoque in Concilio Florentino, paullò antequam Constantinopolis à Turcis caperetur, rursus schisma sopitum fuit, sed reverso domum Imperatore Johanne Palæologo recruduit, ut Laonicus Chalcondylas lib. VI. narrat, cuius verba hæc sunt: *Rex Græcorum cum presidum ad retinendum Byzantium peteret, Pontifex respondit, promittens sibi, imposterum & regnum illud Græcos, cura fore: præterea se non cessaturum Paniones & Germanos innotare, ut arma contra Turcas capiant, quatenus Græci & alii bonum videatur.* Hūs ita compotis: rex Byzantium proficisciatur. Græci domum reversi non amplius his, quæ conveniunt in Italia, stare noluerunt, verum apprebendentes sententiam diversam, noluerunt amplius in religionis negotio adhærere Romanis. Hinc motu Pontifex Romanus, viros quosdam doctos Byzantium ad Græcos misit, ut cum his in colloqui-

### SPIRITUS SANCTI.

19

laquium venirent, qui quidem Synodum & concordiam in Italia factam non admirabantur. Marcus Episcopus, & Scholarius Graecorum doctissimus, ne quidem ab initio Latinorum dogmati consensum prestare voluerunt. Ubi ad colloquium & ad disputationem ventum est, Romani nihil efficere potuerunt, verum re infecta domum reversi sunt. Ita Graci liberosque suos ac regnum denique totum in tetterimam seruitutem præcipitare, Pontifices Rom, verò tot illustres ac florentissimas Ecclesias impietati Saracenica subiici maluerunt, quam vel tantillum de sententiâ suâ, vel ut rectius dicam, ambitione & arrogantiâ concedere. Quanquam enim Bellarim. lib. II. de Christo cap. XXX. atque alii frequenter Græcis schismata, atque inde securam cladem, tanquam argumentum vindictæ divinæ, ob non agnitarum processionem spiritus sancti à Filio, exprobrent, reverâ tamen schismatis causa proxima fuic primatus & tyrannis Pontificum, Ecclesiæ pridem obtrusa, quem tum primò Orientem ab Occidente, tandem autem etiam Septentrionem ab Austro divulxit.

XXI. Atque haec de Origine hujus controversiæ sufficiant: Nunc quale dogma sit, & an fidei articulum omnibus scitu & creditu ad salutem necessarium contineat, dispijamus. Et primò quidem admiranda est Pontificiorum industria, quia omnia ea, quæ DEUS in verbo suo tradit, articulorum fidei numero compulant, quod primus in Colloquio Ratisponensi Anno M DC I. die XXV. Novembr. Tannerus tam absurdè afferuit, ut ex incestu Judæ & cane Tobiae caudam mortitante novos fidei articulos profructu ridiculè fabricaret: Centum, inquit, possent dari articuli pro uno, qui non omnibus & singulis Christianis distinctè speciatim, & absolute sint credendi, hoc est, quando illis non proponuntur ab illo, qui habet autoritatem. Secundo Genesios dicitur, fons ascendebat de terra. Item Tobiae VI dicitur, quod Tobias secum duxerit canem. Id ergo omnibus fidelibus necessariò credendum est? Ecce cum D. Hunnius regereret: Estne ergo articulus fidei, quod canem secum duxerit Tobias? Respondet Tannerus: Maxime, maximè, maximè. Nec quicquam restat amplius, quam ut Pontifex ali quis

C 3



DE PROCESSIONE

20 quis ex scrinio peccoris sui omnium jurum & credendorum aliás capaci, definiat, caneri illum caudarum fuisse, cum in texu latino tantum canem *blandimento cande gavisum* fuisse habeatur, in Græco non item. Quare multum debet orbis Christianus Jesuitis, fidem salutarem iraculopletantibus, ut non tantum enunciationes de DEO aut operibus divinis, salutem nostram attingentibus, sed etiam stercore hominum aviumque ad eam pertinere doceant, cum in Scripturā de Saule ventrem purgante, I. Sam. XXIV. & de hirundinum excrementis Tob. II. legunt. Quos partium studium & contradicendi libido eō usque sapientiprincipes agit, ut etiam id, quod sacram literarum testimoniis destitui, & sola Ecclesiae traditione non scripta ad nos derivari contendunt, præcipuum fidei articulum faciant, sicut Bellarm. lib. IV. de Verbo DEI cap. IV. Began. Man. lib. I. cap. II. n. 26. Bail. Catech. controv. tract. I. quæst. IX. Canus lib. VII. LL cap. II. aliquie passim docent, Processionem Spiritus sancti à Patre & Filio ut ab uno principio, deduci quidem ex sacris literis, sed non adeò facile, ut si solis pugnandum sit Scriptura testimonitis, nunquam lites cum protervis finiri possint, quæ Bellarm. verba sunt, ubi supra, & nihilominus non ipse tantum, sed plerique alii ejus socii Græcos totamque adeò Ecclesiam orientalem impudenter heref eos nomine infamant, qui id solū negant, quod, Papistis ipsissimē fatentiibus, ex sola traditione Ecclesia innoscit. Quanquam alibi posito partium studio & mutatis adversariis in omnia contraria discedant, & vel duos tantum Symboli Apostolici articulos, vel nullum prorsus explicitā fide ad salutem necessarium esse credant; Unde idem Tannerus T. III. Disp. I. q. VII. dub. II. probabile esse dicit, eriamur post Evangelium sufficienter in orbe promulgatum, fidem explicatam Christi Redemptoris, multoq. magis SS. Trinitatis, non esse necessarium omnibus necessitate mediis, neque ad primam, neque ad ultimam salutem. Si quid præterea nonnunquam à Prelatis & Episcopis exigitur, id non ad habendam salutem, sed ad satisfaciendum officio, nec tam ratione fidei, quam ratione iustitiae requiritur; cæteris sufficit fides implicita Christi & articulorum Symboli, hoc est, mera ignorantia.

XXII. Cer.

## SPIRITUS SANCTI.

21

XXII. Certum autem est, non omnia ea, quæcunque in scripturâ sacrâ continentur, impunè ignorari posse; nec rursus tam omnia & singula ibi comprehensa inter fidei articulos computanda esse, ut absque eorum cognitione homini remissione peccatorum & aeternâ salute sit carendum: Hoc enim si fuerit, nemo salvabitur, nisi qui totum codicem biblicum ex promptâ memorâ teneat: Illud verò si statuatur, tunc fides Christianæ & universus Dei cultus, ipsaque aeterno beatitudine vel interpoletur, vel pereat. Placuit enim DEO hominem, utpote non brutam quendam aut inanimatam creaturam, sed intellectu & ratione prædictam, interventu alicujus notitiae, de DEO aut Christo Redemptore, in quem fiduciam collocare oporteat, beare, sicut ipse Christus nos docet Joh. XVII. 3. *Hæc est vita eterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti, Jesum Christum.* Unde & a Apostolo passim illius cognitionis meminimus: 1. Cor. 1, 4. *Gratias ago Deo meo semper pro nobis super gratia Dei, que data est vobis in Christo Jesu, quia in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo, & in omnisciencia.* Eph. 1, 16, 17. *Non cessò gratias agens pro vobis, mentionem vestri faciens in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater glorie, det vobis Spiritum sapientie, & revelationis, in agnitionem ejus.* Et cap. IV, 11. seqq. *Ipsæ (Christus) dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem pastores & doctores, ad præparationem sanctorum in opus ministrarii, in adificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filii Dei in virum perfectum.* Contra ea autem flammatum ignis & vindictam in extremo die minatur iis, qui non reverunt Deum, & qui non obedient Evangelio Domini nostri Jesu Christi, 11. Thess. 1, 8. Quare sicut omnium rerum ignoratio iram DEI & aeternam damnationem attrahit, ita quarundam cognitio ex parte intellectus erit necessaria, ut salute aliquando potiaris.

XXIII. Quæ verò ita necessaria sunt, articuli fidei vulgo vocantur, & nihil aliud sunt, quam certa quædam fidei & religiosis Christianæ capita de DEO & operibus divinis salutem nostram

DE PROCESSIONE

122

Stram attinentibus, in Scripturis nobis revelata, quibus assentiri necesse est, ne per eorum ignorantiam aut negationem salutem privemur. Quorum uacua ut tanto rectius cognoscatur, id primò supposeadum est, nullum eorum, si propriè loqui velimus, per experientiam, aut evidentiam, aut per lumen naturæ, sed per divinam peculiarem revelationem, & peculiare diuinæ gratiæ auxilium, quod mens ad probandum assensum, nulla alias demonstratione suffultum, inducitur, nobis innatesce-re: quanquam enim tale quid nonnunquam ex naturæ principiis colligitur, sicut Deum quadanterus, tunc ex insits menti nostræ in ipso ortu suo principiis, tunc per naturales rationes & demonstrationes cognoscimus, illud tamen, quæ tale est, nec creditur, sed scitur, nec articulus fidei propriè est, nec ejus notitia fidem divinam, sed humanam & scientiam gignit, nec de-aque ad æternam salutem perducit, non magis, quam reliqua-rum rerum naturalium omnium. Articuli audem fidei ejusmo-di mysteria pandunt, quæ non tantum ex natura ejusque principiis etiæ non possunt, sed etiam cum prædicantur longè plerumque alia, quæm reverâ sunt, imò stultitia infidelibus appa-rent, & omnem eorum sapientiam infatuant, ut Paulus ait 1. Cor. 1. 20. quin sepè ne illud quidem, an possibilia sint, quæ jis traduntur, acie mentis humanæ indagari potest, quamdiu lu-ce fidei non collustratur.

XXIV. Deinde & illud quoque sciendum est, neminem mortaliū quicunque etiam fuerit, sibi hoc sumere posse, ut articu-lum aliquem fidei condar, aut quid ad æternam salutem necessi-tarium sit, constituar ac definiat; Cum enim articulus fidei sit-tale dogma, quo cognito, si nihil aliud obster, salvertur homo, ignorato verò aut negato salutis iacturam faciat, nemo certè nos ad assensum eidem habendum sub iacturâ æternæ salutis obli-gare potest, nisi penes quem salutis & damnationis arbitrium est. Sicut igitur solius DEI est dare æternam beatitudinem, imò ipse ea est, quia in DEI ipsius visione præcipue posita est, ita ejus quo-que solius est media ei consequenda idonea, seu quid divinæ & super-

## SPIRITUS SANCTI.

23

supernaturali fide credi debeat præscribere & sancire, ac proinde  
quicquid ab hominibus definitur, id eatenus tantum recipiatur;  
quatenus definitiones menti divina in Scripturis nobis patescat  
consentaneæ esse dignoscuntur, nec quisquam unquam salvi-  
bitur aut damnabitur, nisi quem DEUS salvatum aut damnatum  
voluit. Quare intolerabilis est insolentia & *intemperie* eo-  
rum, qui DEI partes sibi arrogant, & pro lubitu tum novos  
fidei articulos cudent, cum omnes alios à se quocunq[ue] modo dis-  
sentientes hæresecos nomine traducunt orcoque adjudicant, quod  
nulla orthoðoxa Ecclesia, nullum Concilium fecit, sed de Nic-  
enæ patribus docet magnus Athanas. I. de Synod. eos de contro-  
versiâ quidem Paschatis ad modum decreti & statuti sancivisse, quid  
sequi oporteret, de fide autem non item: In negotio, inquit, Pa-  
schatis non abhorruerunt ab ejusmodi appendice: ibi enim placuit, ut  
adderetur, visum est, ut omnes obtemperarent. De fide vero non  
scripsierunt, visum est, sed, ad istum modum credit Catholica Ec-  
clesia, & statim Confessio ipsa credendi adjuncta est, ut ostenderent,  
eam non novam esse sententiam, sed Apostolicam, & que ipsi scripsissent  
non esse suainventa, sed Apostolorum documenta.

XV. Quicquid autem hoc modo à DEO proponitur, &  
tanquam peculiari divinâ revelatione traditum nobis innotescit,  
ei quidem statim sine ullâ hæsitatione fides adhibenda est, qua-  
lem DEO dicenti ac testificanti debemus, ne ipsum mendacii ar-  
guamus: nondum sufficit tamen adhœc, ut sit articulus fidei ad  
salutem necessarius, cum multa, immo propemodum innumeræ  
sacris literis, DEO inspirante, consignata sint, ut narrationes  
rerum gestarum, exemplaria ac providentia divinæ, historiæ  
& peccata sanctorum ac similia, quæ cum docentur, sine per-  
culo aeternæ damnationis negari non possunt, sed si omnia ea in  
numerum articulorum referenda essent, ipsi in immensum ex-  
crescent, & praeter necessitatem multiplicarentur. Unde  
præter revelationem à DEO factam, & obligationem ad assenti-  
endum, requiritur tertio, ut fiat in ordine ad salutem consequen-  
dam, ac proinde quod ad aeternum beatitudinem aliquando re-

D

apſe

apse habendam necessarium non est, ut ut sacrī literis revelatum, articuli tamen ad salutem necessarii nomine venire non potest.

XXVI. Sed hīc magna difficultas oritur, q̄i & q̄valē sint articuli illi ad salutem necessariū, q̄o p̄ctō ex Scripturā sacrā erui, & ab aliis non q̄q̄vē necessariis discerni q̄eant? Cūm enim Scriptura maximā sui parte ad modum historiæ contexta sit, nec omnes verbotenus, nec uno loco, sed om̄egādny ſape & diversus tradat, & ita quidem, ut ratiocinatione & conſequētiis qvandoque uendum sit, id p̄cipue explicandum est, unde & qvibus indiciis cognosci possit, hoc dogma ad salutem necessarium eſſe, illud non item; hoc absolute omnibus salvandis, qvocunq̄e loco, tempore ac conditione constitutis, aliud ex hypothēſi hoc vel alio modo ſe habentibus; hunc articulum eſſe fundamentalē aut primārium, alium ſecundarium; hunc rursus necessitate mediū, alium p̄cepti omnes vel qvofdam obligantem.

XXVII. Ac mihi quidem ſine p̄judicio aliter & forſan et iam rectius, ſentientium res ita expediri poſſe videtur. Placuit DEO, ut fides iuſtificans medium eſſet conſequendæ beatitudinis aeternæ, abſque qvā ſi fuerit, nē homo DEO placere, nec ſinem fidei, ſalutem animæ repotare poſſit. Ideo jubet Christus Apoſtolos p̄dicare: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit; ſalvus erit*, qui verò non crediderit, condenabitur, Marc. XVI, 16. Et Apoſtolus Hebr. XI, 6. ait: *Sine fide impossibile eſt placere Deo.* Fides autem cum medium, & eatenus ſalutem conſequi dicitur, non id facit ratione ſui, ut eſt actus aliquis voluntatis & intellectus, quo creditur, ſed potius ratione objetti, qvod creditur. Qvieq̄vidigitur ad objectum fidei adæquatum pertinet, cuius beneficio, quantum ad credenda attinet, viram aeternam adipifeſimur, id haſtenus eſt medium adipiſendæ ſalutis aeternæ, à DEO ordinatum, & conſequenter illa dogmata, qvæ objectum fidei proximè conſtituunt, erunt articuli, qvorum cognitione mediū ad ſalutem ſimpliciter neceſſaria

## SPIRITUS SANCTI.

25

faria est; ignoratio vero & medio ad salutem absolute necessario, & salute ipsa privata.

XXVII. Objectum autem, seu dogmata, quae immediatè ad fidei essentiam requirantur, vix cognosci rectius aut explicari poterunt, quām si causae attendantur, quæ fidei definitio neminè rediuntur, quibusque mediantibus homo peccator æternæ salutis particeps redditur, quales sunt: *Efficiens primaria*, si agnoscatur DEUS Pater, Filius, & Spiritus sanctus, creator cœli & terræ, omniumque quæ in iis sunt; Deinde *agnoscens* & *impulsiva*, quæ est ineffabilis ejus amor & benevolus erga totum genus humankindi affectus, quo filium suum unigenitum propter nos & nostram salutem incarnari voluit. Tum *Meritoria*, Christus Redemptor, eujus beneficio ac merito homo à reatu peccati, ejusque poenis & æternâ damnatione liberatur. Porro Fiducialis applicatio, cum homo per collustrationem sancti Spiritus peccatis suis agnitus ac de-testatus, cum verâ fiducia ad misericordiam DEI confugit, & remissionem eorum per Christum supplex petit. Ac tandem *finalis* seu æterna beatitudo. Hæc aliaq[ue] immediatè his connexa dogmata objectum fidei proximè constituant, quæ fidelibus omnibus cognita esse oportet, quoru[m]que simplex inscrita æternū damnat, nec locum ullum habet excusatio ab ignorantia moraliter inestabili. Quisquis igitur horum quicquam ignorat, *æd[ic]tus* est & salvari non poterit; si quid autem prætereat negat, aut in dubium vocet, aut ea ponat, è quibus per pronam & evidentem consequentiā aliquid evertatur & contrarium asseratur, erit *hæreticus* propriè dictus, præsentis si accedat animi improbitas, pertinacia ac superbia. Unde etiam vocantur articuli fundamentales, iisque primarii, quod sint causa & veluti basis ac fundamentum, cui tota structura Christianismi innititur, quod amissio, vel subruo ac convulso, nulla fides, nulla salus ac vita æterna superesse amplius potest.

XXIX. Atque ita se habent articulatione mediis ad salutem necessariis, quorum cognitionem Scriptura ipsa, etiam cum intermissione æterna damnationis, à nobis exigit, ut cum Chri-

D 2

stus

Itus ait: *Hæc est vita æterna* ( seu via & medium pèrvenienti ad vitam æternam, sicut vox illa capitur Deut. XXX.15. Considera, quod bodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & è contrario mortem & malum. Et Rom. VIII, 6. Prudentia, carnia mors est, prudentia autem Spiritus, vita & pax,) ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti, Jesum Christum, Joh. XVII, 3. Et rursus cap. VII, 28. Nisi credideritis, quod ego sum, moriemini in peccatis vestris. Et aliás ex natura rei hoc sequitur. Quæ enim necessaria sunt, necessitate medii, eadem quoque sunt necessitate precepti, & qvod DEUS medium obtinendo fini necessarium esse voluit, id quoque nobis, ut adhiberemus, præcepit.

XXX. Sunt autem deinde alia etiam, quæ etsi tanto rigore ad finem ultimum immediatè & proximè obtinendum non requirantur, non minus tamen & ipsa ad finem intermedium, hoc est, ad fidem vel ingenerandam, vel confirmandam & conservandam, vel adversus hæreses defendendam ac propagandam, denique ad tentationes superandas & evadendas necessaria sunt. Ex qvibus quædam ita comparata sunt, ut absque iis proximum & adæquatum fidei objectum, seu articuli fundamentales nec subsistere, nec pro veris haberi ac credi possint, unde & illi quoque suo modo ad fundamentum fidei pertinent, & fundamentales dici possint. Ut quia simpliciter necessarium est creditu, Christum DEI Filium sanguine ac morte suâ genus humanum redemisse, simul id quoque credere oportet, DEUM habere Filium, duabus naturis, divinâ videlicet ac humanâ, constantem, ut pati & mori possit, quique verè passus ac mortuus sit. Aliorum vero ea ratio est, ut licet simplex ignorantia non damnet, negatio tamen & opposita falsitatis assertio maxime noxia sit, ac nisi mature emenderetur, insuper quoque accedat pertinacia in errore semel concepto, exitium animæ & æternæ salutis naufragium timendum sit.

XXXI. Sunt tandem & alia nonnulla, quæ etsi per se ac pri-mariò creditu ac scitu ad salutem necessaria non sint, utpote ad objectum fidei nec mediatè, nec immediatè pertinentia, sunt tamen

## SPIRITUS SANCTI

27

eamen qvandoqve talia, vel ob revelationem divinitus factam, cum illa innotescunt, vel ex accidenti, cum error obrepit, aut alias opposita assertio urget.

XXXII. His nunc ad eum modum præmissis ad propositionem nostrum redeamus, & utrum processio Spiritus sancti à Patre & Filio constituit, oppositus autem error evertat fidei fundatum, atque adeo ad Ecclesiæ florentissimas implacabili schismate scindendas sufficiat, dispiciemus. At primò quidem de ignorantie, post etiam de negatione dicemus. Supra vero ostendimus, objectum fidei salvificæ, aut saltem unam ejus partem esse DEUM, eumque Patrem, Filium & Spiritum sanctum, cuius cognitio absolutè ad salutem si necessaria, ignoratio damnable, dubitatio impia, negatio & oppugnatio denique hæretica, diabolica & blasphemæ. Ut igitur hoc fundamentum sartum tecum, præcipue quod attinet Spiritum sanctum, conservetur, sufficit credere, eum esse verum DEUM, cui honorem & cultum deferri oporteat, sed simul à Patre & Filio distinctam personam: Unde autem distinctio illa personalis existat, quid & qualis processio seu emanatio sit, quo pacto una differat ab alterâ & quomodo personam constituit, id nec in Scripturâ revelatum est, nec ut sciatur ad objectum fidei pertinet, nec mediare aut immediatè ad salutem ducit, & vix centesimum reperiri puto, qui ita, etiam accuratissimè explicata, capere possit. S. Gregor. Naz. Orat. VI. de Spiritu sancto, cum adversus curiosos de generatione & processione, in divinis disputasset, tandem hoc dubium movet: Quenam igitur est illa processio? Ac statim solutionem ejus subiungit: Tu mibi proprietatem illam Patri ediffere, quâ generationis expers est, & ego tibi rationem generationis Filii ac processionem Spiritus explicabo. Quo fieri, ut ambo deliremus, introspectantes ad Dei mysteria. At quinam obserero? Qui ne illa quidem scire possumus, quæ ad pedes sunt, nec arenas marium, guttas pluviae, dies avi enumerare, nemus ut per Dei profunditates incedere possumus, ac redederationem naturæ usque adeo ineffabilis, supradæ rationem posita. Et rufus Orat. III. Quid se

D 3

curio-



## DE PROCESSIONE

curiose non perscrutaris filii sive generationem, sive subsistentiam, se-  
ve quid aliud ab his magis proprium quis excogitet, non etiam Spiritu-  
tus progressionem arguere tractes. Mibi facit est audire, quod sit Filius, & quod ex Patre, quodque hic Pater sit, ille Filius. Preter hoc  
nihil arguius tracto, ne idem accidat mihi, quod vocibus, que super-  
modum intenta profrus amittuntur, vel quod affectui directo Solis ad  
radium. Audi generationem. Quo ea patet fiat, arguere ne inda-  
gato. Audi Spiritum esse, qui procedat de Patre. Quid patet si.  
at, curiosè ne perscrutator. Quod si curiosè perscrutaberis genera-  
tionem Filii, & processionem Spiritus, etiam ipse animi tui corporis,  
temperaturam curiose indagabo. Tandem hæc quoque addit: Quod  
si mibi fidem habes, Theologo minime audaci, partim percepti, par-  
tim ut percipias percare partim boni consule, quod in te manet, partim  
in supernis iustis maneat. S. Athanas. Epist. ad Serapion. Epi-  
scop. de spiritu sancto veterum hereticorum objectionem affere,  
eaque accurate solutâ disputationem illam egregia & memorabili  
sententia concludit: Satis est, inquit, si cognoscas, Spiritum non esse  
creaturam, neque cum rebus creatis numerandum. Hæc sufficiunt  
fidelibus, & has iesus ejus recognitio ad homines pervenit. Huc usq;  
cum deuentum est, Cherubim oblevat faciem ejus. S. Augustin. quo-  
que lib. III. contra Maxim. cap. XIV. Distinguere, ait, inter illam  
generationem & hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio. Ac  
per hoc quia & illa & ipsa est ineffabilis. Hæc & plura alia in eam  
remotio sancti & antiqui patres, quorum modestia potius, quam  
nimia aliorum subtletas sectanda est. Addemus autem illis ex re-  
centioribus Scholasticis adhuc unum, Gabrielem Biensem in i. Sent.  
dist. XIII. q. un. Quid sit nasci, quid processus, me nescire sum pro-  
fessus. Graci igitur agnoscentes Spiritum S. esse verum DEUM,  
a Patre ab aeterno procedere, & ab eodem ac Filio personaliter di-  
stingvi, esse ipsius quoque Filii Spiritum, & ab hoc rursus mitti in  
corda credentium, quæ totidem verbis in Scripturis leguntur,  
dum hoc solùm ignorant, eundem à Filio quoque procedere, non  
laborant ignorantia articuli aliquis fundamentalis, ac propterea  
salutis jacturam non facient.

XXXIII. Utrum

## SPIRITUS SANCTI.

29

XXXIII. Utrum autem negatio saluti obsteret, alia quæstio est: Multa enim impunè ignorare licet, negare non item. Bonaventura quidem in lib. I. sent. dist. XI. q. 1, idèo factos hæreticos ait, quod se auctoritati Ecclesie Romanae opponerent, & fidei veritatem negarent. Negatio, inquit, hujus arriculi venit ex tripli causa, scilicet ex ignorantia, ex superbia & pertinacia. Ex ignorantia, quod nec Scripturam intellexerunt, nec habuerunt congruam rationem, nec apertam revelationem. Ex superbia, quodcum reputarent se sciolos, & vocati non fuerunt, noluerunt proficeri, quod non erat per eos inventum. Ex pertinacia, ne convincerentur & irrationaliter impervi viderentur, invenerunt proportiones contra veritatem, & idèo suam sententiam defendere ausi sunt, & auctoritati Ecclesie Romane obviare, & idèo facti sunt hæretici, quod negant fidei veritatem: *Et schismatici, quod recesserunt ab Ecclesiæ unitate.* Marcus Anton. de Dom. tamen lib. VII. de Rep. Eccles. cap. X. n. CXIX, eti Laiorum sententiam veram esse arbitratur, & Scripturis sanctis non parum consentaneam, Gracorum autem periculosam: *Heresin tamen non facile dixerim ait:* neque enim video, pergit, unde nam habetur hunc esse articulum fidei: nam neque Scriptura illam claram habent, neque ex Scripturis necessariè consequentia deducitur, neque antiqua Ecclesia articulum hunc habuit, & consequenter ex vero legitima traditione non patitur innotescere. Bellarm. quoque lib. II. de Chr. cap. XXVIII. eti principio aperiè hæresin dicat, quæ docet Spiritum à solo Patre procedere, addit tamen post panca: *Est tamen hoc loco animadvertisendum, non semper necessarium fuisse, non credere, non esse à Filio Spiritum sanctum.* Nam antequam oriretur & desinaretur quaestio satis vint credere, Spiritum à Patre procedere, in qua includebatur etiam, quod procederet à Filio: nec ent opus querere, an à Filio procederet, nec ne. Non enim tenemur omnia scire: sed tamen tenemur nunquam positivè asserere errores. Itaque postquam mori est quæstio, & multi ceperunt errare, necesse fuit remedium adhiberet, & hoc ipsum etiam definit. Concilium Florentinum. Nec aliter Melchior Canus lib. VII. LL. cap. II. Procesionem Spiritus sancti

Patre

Patre & Filio tanquam ab uno principio ; ante Ecclesiæ definitiōnem Gracos quosdam negare sine culpā potuisse ait , tametsi Evangelium id Apostoliz tradiderint . Hoc igitur statuerunt juxta communem , ante Ecclesiæ definitionem utremque opinionem liberam & indifferentem fuisse , sed postquam alterutra decisā & definita est , neminem sine periculo salutis alter credere ac sentire debere . Qyæ si vera sunt , mirum est , unde Ecclesiæ seu Romano Pontifici ( nam eo tandem delabuntur ) tantapostulas , ut non minus quām ipse DEUS aut Christus nova fidei dogmata constitueret , & ad ea credenda sub iacturā aeternæ salutis obligaretur possit . Edifferant nobis , unde constet ipsis , ante Ecclesiæ definitionem hoc dogma impune potuisse negari , post eandem DEUM jam mentem & voluntatem mutasse , & quos ante damnatos non voluit , nunc velle damnari ?

XXXIV. Sed observandum interim , primò , Gracos non tām assertuisse processionem à solo Patre , quām abstinuisse à sententiā , quæ Spiritum sanctū à Filio quoque procedere assertit : neque enim talēm assertionem esse necessariam , nec sine temeritate aliquid vel affirmari vel negari posse , & qvī ea tan-  
topere perquirerent , curiosos esse ajunt apud Bonavent . ubi supra : Ideo nos accusant , inquit , & redarguunt tanquam curiosos , & tanquam excommunicatos & schismaticos . Curiosos , quod sine bujus articuli profissione solus erat . Quare ergo intriquarunt se Latini hoc perquirere , quod non fuit necessarium ? Deinde & illud quoque tenendum est , Latinorum sententiam , Scripturæ dictis satis munitam esse , ( et si nonnulli ex iis imprudentes dicam , an impudentes negare malint , ) Si tamen Graci vim & sensum dictorum permentis imbecillitatē assequi non potuerunt , aut quid aliud , quām talēm processionem , iis significari persuasi sunt , in eo errant quidem , non tamen propterēa gratiā DEI excedunt : non enim tenemur omnia scire , dicebat jam jam Bellarminus . Tertiò maxima semper & tantum non precipua inter Gracos & Latinos disputatio fuit de Symbolo Constantinopolitano , cui particula FILIO QVE adjecta erat : Hoc si fal-

N

## SPIRITUS SANCTI.

31

salvum maneret, de cætero liberum permittebant Græci Latinis disputare, quantum vellent. Unde in Concilio Florentino fatebantur, si Symbolum in pristinum statum restitueretur, ad pacem & concordiam se paratisimos esse, extra illud crederent Latini, scriberent, legerent aut docerent, quicquid liberet. Denique cum ante ostensum fuerit, asserere Spiritum Sanctum procedere à Filio, non esse articulum fidei, ab omnibus necessariò tenendum, unde idem negare, non est articulum aliquem fidei negare, ac proinde nec hæresis propriè dicta. Quare error tantum fuerit, sed non tantus, ut propterea eos à communi Christianorum societate excludere, hæreseos arcessere, anathemate ferire, aut æternæ damnationi addictere liceat.

XXXV. Sicut autem Latini anathematisini suis non parum peccarunt, ita nec Græci excusandi fuerint, quod non minùs, quam illi, se ab Ecclesiâ Catholica separarunt, & schismata, cui isti primi occasionem dederunt, magis ac magis dilatarunt. Causæ enim, quas schismati adeò pernitoso prætexere potuerunt, due sunt: Una, quod in Latinorum sententiâ errorem, qui tamen nullus erat, reprehendere sibi viderentur. Altera, quod illi publicum totius Ecclesiæ Symbolum vitiarint, per adjectionem particulae FELIOQVE. Sed neutra sufficiens est schismati faciendo. Non prima: neque enim hæresis est, dicere, aut contineri aliquid in scriptura, quod ibi non haberur, dummodo articulo fidei contrarium non sit; aut esse de fide & sub iacturâ salutis credendum, quod tale non est, sed error saltem. Esto igitur, erraverint in eo Latinis, talis tamen error non est, qui articulum aliquem fidei fundamentalem evertat, ac itaque hoc pacto errantes nec hæreseos accusandi, nec à communione repellendi fuerint. Sed nec altera sufficit; Respondent enim Latini: Dicunt (Græci) nos excommunicatos, quod Symbola corrumpimus, in quibus per sanctos Patres sub excommunicationis pena hoc erat prohibitum. Et ad hac partem responsio per prædicta: quod non corrumpimus, sed perficimus, nec sententia latra est contra perficentes, sed contra corrumptentes, apud Bonaventuram. Addit. Concilium Florentinum in literis

E

sanctæ

## DE PROCESSIONE

sanc*tæ* unionis: Definimus insuper, explicationem verborum illorum **FILIOQUE**, veritatis declaranda gratiæ, & imminente tuio necessitate licet ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam. Ulterius provehitur Petavius lib. VII. de Trin. cap. XIX. Nihil necesse est, inquit, tam obstinato animo negare nos, ~~de~~ & <sup>ad</sup> hunc, id est, accessionem aliquam ad Constantiopolitanum Symbolum esse factam, cum Latini vocem, Filioque, ad illud adjunxerunt. Id enim profecto additum est, quod ante non erat. Itaque de appellatione nulla debet esse contentio. Sed in eo insistendum magis, non esse veritum ullo Ecclesiæ decreto, adeoque Synoditeria, ad Fidei processionem aliquid addere. Sed etenim duntaxat, si professio nova cedatur, hoc est, ab verecere dissident, eis, contraria, quod, tum sit, cum dogma aliquod hereticum inseritur, ut in illa Formula fidei factum erat, quam à Nestorio prescriptam Charisius ad Synodum attulit. Cuius rei gratia universè tum Synodus illa sanxit, ne similis aliqua deinceps ederetur. Quenam obsecro? Nempe cujusmodi erat illa Charisij. Erat autem & Professio fidei, & Catholicæ adversaprofessio. Quod si tamen in eo quoque à Latinis erratum fuerit, error iste ita comparatus est, ut facile condonari possit. Nihil itaque jam restat amplius, quam ut utrique de reconciliatione & sarcendi concordia serio tandem cogitare incipiant, & sepositis odiis ac contentionibus mutuis una Ecclesia Christi & unum rursus ovile fiant.

XXXVI. Sed satis de historia hujus questionis, ejusque necessitate dictum est, nunc rem ipsam considerabimus. Quia vero passim illa tum à nostris, tum adversæ partis Theologis ad ratum & nauseam usque inculcata est, nobis quidem isto labore brevibus defungi licebit. Atque à Patre quidem Spiritum sanctum procedere, Christus ipse docet Joh. XV, 26. Cum veneris Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit. Non minus autem à Filio quoque procedere, et si verbottenus in Scripturâ id non reperiatur, facile ostenditur. Et I. quidem inde, quia ibidem Spiritus sanctus æquè à Filio: atque à Patre mittitur, sicut etiam cap. Ieq. v. 7. dicitur: Si non abiero, paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Item

## SPIRITUS SANCTI.

33

tem cap. XIV, 24. *Spiritus Sanctus, quem mittet pater in nomine meo, vos docebit omnia.* Luc. XXIV, 49. *Ecce ego mittam promissum Patris mei in vos.* Gal. IV, 6. *DEus misit Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem, Abba pater.* Sed hic opera pretium fuerit Thomam de variis missionum modis audire. Ita autem ille p. i. q. XLIII. art. I. in corp. Per hoc, quod aliquis mittitur, ostenditur processio quedam missi a mittente, vel secundum imperium, sicut Dominus mittit servum, vel secundum consilium, ut si consiliarius dicatur mittere regem ad bellandum, vel secundum originem, ut si dicatur, quod filos emititur ab arbore. Ostenditur etiam habitudo ad terminum, ad quem mittitur, ut aliquo modo ibi esse incipiat, vel quia prius ibi omnino non erat, quod mittitur: Vel quia incipit ibi aliquo modo esse, quo prius non erat. Non mittitur autem *Spiritus sanctus secundum imperium aut consilium*, cum sit ejusdem potentie ac sapientie cum Filio, sicut unius essentiae: Ergo secundum productionem & ratione originis. Unde & S. Cyrilus lib. IV. in Johanni, per missionem talem aeternam generationem intelligit, quae & exitus quidam est Filiij a Patre: *Sciendum est*, inquit, *cum servus missum esse dicit*, non se paternâ dignitate inferiorem ostendere. Non enim servilem, *banc missionem intelligere oportet*, et si, quia serviformam induitus est, merito hec de se usurpare posset. Sed sic missus est, ut verbum ex mente: *ut splendor solis ex ipso*. Hec enim omnia & ea in quibus sunt, quoniam formâ progreedi videntur, modo quodam ostendunt, & insunt naturâ alterius, atque indivisibiliter in illis.

XXXVII. Sed observandam tamen, missionem illam nec eandem planè cum processione aeternâ, ut Cyrillus & pauci alii capiunt, nec tam ad solam temporalem & externi operis effectionem restringendam esse, quod Greg. Naz. Orat. XXX. facit, qui *Missus quidem est*, ait, *sed ut homo*. Et Augustin. tract. XXVI. in Johanni, *Misso ejus exinanitio suimet ipsius est*, & forma servilis acceptio. Quanquam enim aeterna processio in divinis personis ad eam requiratur, unde nulla persona mittitur, nisi quæ procedit, nec ab alia, nisi a quo procedit, quod in Patre & Filio manifestum est, quorum ille nullo modo mittitur, quia non procedit

### DE PROCESSIONE

34 cedit, hic à solo Patre, à quo procedit; sola tamen æterna processio totam missionis rationem non exhaustus, sed accedat necessum est effectus quidam temporalis, qui persona missæ tribuatur, ut cum Spiritus Sanctus apparet in specie columba, aut mittitur in corda fidelium. Nec tamen duplex processio est, altera quæ ab æterno, & altera quæ in tempore fiat, id enim simplicitati personarum repugnaret, sed temporalis missio haud incommode dicetur effectus processionis æternæ.

XXXVIII. Cæterum nec solam missionem, quæ in tempore fit, intelligendam esse inde pater, quod Joh. XVI, 14, 15. Christus dicit: Ille de meo accipiet, & annunciatibz vobis. Omnia, quecumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciatibz vobis. Ut ostendat scilicet, se ex eadem potestate, eademque rerum divinarum sapientia, quam cum Patre communem habet, mittere ac instruere Spiritum sanctum. Unde licebit ita argumentari; Quacunque potestate Pater mittit, instruit ac producit Spiritum sanctum, eadem quoque Filius. At Pater id facit potestate ac productione æternâ, ubi tempus omne absit. Ergo æternâ, non temporali productione Filius quoque producitur. Et iterum; Quam Sapientiam Spiritus sanctus à Filio accipit, non est temporalis, nec in tempore, sed ab æterno facta. Nam sapientia Spiritus sancti, etiam ea, quam à Filio accipit, est ipsa ejus essentia, quæ nec temporalis est, nec in tempore fuit communicata, tanquam discat, quæ ignorat. Nec obstat tempus futurum, cum in divinis nec tempus, nec differentiaz ejus locum habeant, sed mera æternitatis, ut diximus. Ut raceam, furum, mittam, itemq; annunciatibz dici respectu eorum, ad quos mittendus erat Spiritus sanctus, non ratione termini à quo. Et rectè Bellarmine, lib. II. de Christ. cap. XXII. Missio duplice relationem importat, unam ad eum, qui mittit, alteram ad eum, ad quem mittit. Quantum ad primam relationem, missio est æterna, & de omni tempore verificari potest, at quantum ad secundam, est temporalis.

XXXIX. Habent tamen Graci effugium, quod passim ab illis opponitur, cum non de ipsâ Spiritus sancti essentia, sed ejus vir-

### SPIRITUS SANCTI.

35

tute & efficacia in nobis hoc loco agi, & Filiū idē Spiritū sanctū mittere docent, cum ejus dona nobis largitnr. Quæ sententia adeò Beza quoque placuit, ut in annos. maj. hoc & similia testimonia nec à Gracis, nec contra Grecos ad essentiam Spiritus sancti probandam satis appositè citata esse dicat. Cui hac in parte Smalcianus contra Franz. p. 8. attpūlatur. At I. Spiritus sanctus non tantum mitti dicitur, sed etiam testari, sicut Apostoli, Joh. XV, 26. venire, cap. XVI, 7. arguere mundum de peccato v. 8. docere omnem veritatem, quæ audit, loqui, & quæ ventura sunt, annunciare, v. 13. quæ sunt descriptiones personarum, non attributorum, nec nisi valde absurdè exponuntur de donis II. Idem dicitur quoque Paracletus, & aliis quidem à Filio, dona autem nec Paracletus sunt, sed ejus effectus, nec cum persona Christi comparari possunt. III. Sicut Filius à Patre mitti & Spiritus sanctus ab eodem procedere dicitur, ita Spiritus sanctus quoque à Filio mittitur; Atqui nec Filius, nec Spiritus sancti dona à Patre & Filio mittuntur aut procedunt, sed ipsa eorum persona. E. IV. Cum Spiritus sanctus donatur, ipsa quoque essentia ejus donatur, nec illa ab hac separati aut divelli possunt.

XL. Alterum argumentum inde deducitur, quod sicut Spiritus sanctus dicitur Spiritus Patris, Matth. X, 20. Non es tu, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Ita nominatur quoque Spiritus Filii & Christi, Rom. VIII, 9. Gal. IV, 6. Èsa. XI, 4. Quæ causa igitur est, ob quam dicitur Spiritus Patris, ob eandem & Spiritus Filii dicitur. At dicitur Patris Spiritus non propter aliam caussam, quam quod ab eo aeternaliter procedat. E. idē que filii Spiritus appellatur. Unde eundem Spiritum per insufflationem Christus Apostolis communicauit Joh. XX, 22. dicendo: Accipite Spiritum sanctum. Utrumque locum explicans Augustin, lib. IV. de Trinit. cap. XX. Neque frusbra, ait, idem Spiritus & Patris & Filii Spiritus dicitur. Nec video, quid aliud significare voluerit, cum sufflans in faciem discolorum, ait: Accipite Spiritum sanctum: neque enim fatus ille corporis,

E 3



## DE PROCESSIONE

reus, cum sensu corporaliter tangendi procedens ex corpore, substantia Spiritus sancti fuit, sed demonstratio per congruam significacionem, non tantum à Patre sed & à Filio procedere Spiritum sanctum.

XLI. Evidenter adhuc III. probatur ex Joh. XVI, 15. *Omnia quaecunque habet Pater mea sunt.* Et cap. XVII, 10. *Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt.* Ex quibus denuò ita licet argumentari: Quicquid habet Pater, habet etiam & Filius, excepta sola relatione paternitatis, quae incommunicabilis est, sive eo, quod ille est Pater, hic Filius. At Pater habet virtutem spirandi. Ergo & Filius eandem habet. Quod argumentum totidem verbis laudat S. Cyril, lib. XII. in Joh. cap. LVI. Cum ita scribit: *Christus dicebat, omnia que Pater habet mea sunt. Habet autem Pater ex seipso & in seipso Spiritum suum. Habet igitur etiam Spiritum Filius in seipso, cum sit Patri consubstantialis, & ex ipso naturaliter natus, & omnia genitoris in seipso naturaliter habens.*

XLII. Denique IV. addimus & hoc: Ceterum est, & fit de tenendum, Personas Trinitatis à se invicem, Patrem à Filio, & utrumque rursus à Spiritu sancto realiter distingui. Non distinguuntur autem, nisi unus ab altero procederet, sed idem forent Filius & Spiritus sanctus. Quod sic ostenditur. In divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relations oppositio, iuxta vulgatum axioma. Nam ut personæ Trinitatis, ita etiam relations idem sunt re ipsa cum essentia divina, nec realiter, aut ex natura rei, sed ratione tantum distinguntur, secus superaddant ei aliquid reale, & daretur compositio. Distinctio autem oritur ex relationibus, & iis quidem, quæ se mutuo respiciunt, & invicem opponuntur, ut Pater distinguitur à Filio per id, quod est Pater & generat Filium, & Filius rursus ab illo, per id, quod est Filius, & dignatur à Patre, Pater rursus à Spiritu sancto per id, quod est Spirator, & per spirationem producit Spiritum sanctum: Unde Patrem esse excludit esse Filium, & hoc rursus illud, item Spiritum esse negat esse Spiratorem, cum haec omnia inter se opponuntur. Nisi igitur inter Filium

## SPIRITUS SANCTI.

37

lum & Spiritum sanctum relatio quædam originis, & hypothistica cognatio sit, ut hic à Filio & à Pare per spirationem producatur, nulla dabitur inter eos distinctio realis, sed erunt proflus unum, nec fuerit amplius Trinitas, sed dualitas in Personis divinis. Atque hæc S. Thomæ sententia est p. i. q. XXXVI. art. II. Verum huic se more suo opponit Scotus in I. dist. XI. q. ii. qui distinguui Spiritum sanctum à Filio realiter ait, *ei si ab eo non procederet, quia secundum eum filiatione esset sufficiens ratio, & causabilius modi distinctionis Filius à Spiritu sancto.* Unde secundum Scotorum ex duplice capite distinguuntur realiter Filius à Spiritu sancto. Primo, ratione spirationis active. Secundo, ratione Filiationis. Hanc sententiam sequuntur Henricus quod I. v. Aureolus, ut refert Capreolus, Dionys. Carthus in I. dist. XI. q. un. Occam, Gabriel, Greg. & omnes Scotti discipuli, apud Radam part. i. controversial. inter Thomam & Scotorum, controv. XV. art. II. Sed facilis est responsio; Nam ut Filius & Spiritus sanctus invicem distinguantur, non sufficit, quod diversis processionibus existant, & ille signatur, hic spiretur à Pare, sed quod unus ab altero procedat, & opposita relatione ad ipsum referatur, quâ sublata in unam personam coalescerent. Per Filiationem autem, quâ talis est, nec producitur Spiritus sanctus, nec Filio opponitur, unde nec per eandem invicem distinguuntur. Videlicet Bellarm. lib. II. de Christo cap. XXVI.

XLIII. Græcorum objections maximam partem ita comparatae sunt, ut peculiarem responsonem non mereantur, ne tamen proflus indicia aibant, breviter unam atque alteram subjiciemus. Dicunt I. Nuspiam legi in scripturâ, Spiritum sanctum à Filio procedere, quod autem scriptum non est, id nec esse sentiendum. Sed rectè I. responsum est à Card. Tolet. annot. 23. ad cap. XV. Joh. *Vanum est petere ex Scripturâ verba formalia, quibus aliquares comprobetur, quando ex iisdem manifestè ea colliguntur.* Et à Greg. Naz. multa in scripturis haberi, qua verbo-nus ibi non reperiuntur. II. Ostenendum à nobis satis est, scripturam multis locis astruere Processionem Spiritus sancti à Filio.

III. Non



## 38 DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI.

III. Non legitur quidem in Scripturā totidem verbis processio ista, at nec eadem negatur: hoc enim si fieret, tum causæ nostræ magnum præjudicium oriretur.

XLI. Dicunt II. Spiritum sanctum ex Patre procedere, sicut Christus ait Joh. XV, 26. *Cum venerit Paracletus, quem ego misericorditer vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit.* Resp. I. Dicit id sane, ne rituquam autem quod a solo Patre procedat, & recte Lomb. lib. I, dist. XI. *Cum dicat veritas, Spiritum sanctum a Patre procedere, non addit, solo, & ideo etiam a se procedere negat, sed ideo Patrem tantum nominat, quia ad eum solet referre, etiam quod ipse est, quia ab illo haberet.* II. Esto, reperiatur illa particula apposita, neque sic tamen excluditur Filius, sicut in sequentibus non excluditur Spiritus sanctus, etiam ubi particula solus additur. Joh. XVII, 3. *Hec est vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Cap. XIV, 9. *Qui vider me, vider & Patrem.* Et v. II. *Ego in Patre, & Pater in me est.* Match. XXIV, 36. *De die illa, & hora nemo scit, neque angeli caelorum, nisi unus Pater.*

XLV. Quod III. excipiunt, in Concilio Constantinopolitano I. processionem à Patre dogmatizatam esse, nec aliud à sequentibus Conciliis universalibus determinatum; ad id nihil aliud respondemus, quam quod supra Greg. Naz. ajebat, eo tempore quæstionem hac de re nondum exortam.

XLV. Tandem addunt IV. & hoc: Si procedit à Patre & Filio, sequi, duo esse principia in Trinitate. Resp. negando consequiam, quia Pater non spirat, ut est Pater, nec Filius, ut est Filius; catenus enim ille gignit Filium, hic gignitur à Patre, sed ut sunt unus Deus & unum principium.







B.I.G.

Farbkarte #13

|         | Inches | Centimetres |
|---------|--------|-------------|
| Blue    | 1      | 2           |
| Cyan    | 3      | 4           |
| Green   | 5      | 6           |
| Yellow  | 7      | 8           |
| Red     | 9      | 10          |
| Magenta | 11     | 12          |
| White   | 13     | 14          |
| Black   | 15     | 16          |
|         | 17     | 18          |
|         | 19     |             |



THEOLOGICA  
De  
ESSIONE  
RITUS  
NCTI,

Quam  
vini Numinis gratia,  
PRÆSIDIO,  
VIRI

Amplissimi atq; Excellentissimi  
NIS MEISNERI,  
ectoris & Professoris

, Alumnorum Electora-  
n Ephori,  
oris ac Patroni sui  
a devenrandi,  
efendet

SANDERUS,  
urgensis Saxo.

ad diem 2. Junii, Anno 1653.  
IO TERTIA.

TEBERGÆ,  
SCHRÖDTERI, Acad. Typ.  
M DCC III.

T 154